FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Alte Drucke

DISPVTATIO XVIII. || Opposita Roberti Bellarm: V. posterioribus || capp: lib. 3 de Pontifice Romano: || Proposita ad examinandum, in privato ...

Winckelmann, Johannes

Marpurgi, 1599

VD16 ZV 31094

AMPLISSIMO, ET PRVDENTIA SINGVLARI MAXIME CONSPICVO VIRO, Dn: NICOLAO BECKEro, Illustriss. Hessorum Principi ac Domino Dn: Ludouico Seniori &c. à consiliis & secretis: Domino & Mecoenati suo ...

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148722

Visual Library

AMPLISSIMO, ET PRVDENTIA SINGVLARI MAXIME CONSPICVO VIRO, Dn: NICOLAO BECKERO, Illuſtriſs. Heſſorum Principi ac Domino Dn: Ludouico Seniori &c. à conſilijs & ſecretis: Domino & Mecœnati ſuo obſervando, &c.

S.

NVlla pene hodierno noſtro ſeculo eſt factio, Ampliſs. Dn. Secretarie, quæ Eccleſiam Chriſtianam ſcriptis ſuis venenatis magis affligit, quàm iurata illa Antichriſti Romani mancipia, Ieſuitæ. Hi.n. omnes ingenij ſui nervos eò intendunt, ut Pontificatum, primò à Dn: Luthero viro divinitus excitato, concuſſum & labefactatum, ſanent, erigant, erroresq; veteres novis coloribus pingant. Inter illos.a. hodie Coryphæum agit Rob. Bellarminus Ieſuita, qui ut Cardinalitium pileum conſequeretur, & ſummo Pontifici placeret, tres controverſarum quæſtionum tomos conſcripſit, in quibus non ſolùm argumenta D. Lutheri, Melanchtonis & aliorum, quæ de ſingulis Chriſtianæ doctrinæ capitibus propoſuerunt, arrodere, ſed etiam varijs ſcommatum & conviciorum telis pios illorum manes in lib. ſuis paſsim, inprimis. v. in præſenti, de ipſo Antichriſto, diſputatione exagitare non erubuit. Hi igitur viri, quia in aſſertione veritatis de Eccleſia Chriſti inprimis per Germaniam ſparſa benè ſunt meriti, tum maximè conſultum eſt ludos ſophiſticos Ieſuitarum agnoſcere, & fraudes detegere, tum æquum & pium, illos iuſta in cauſa defendere. Eo conſilio viſum eſt quibuſdam ſtudioſis Theologiæ συζητήσεις privatas, ſub Reverendi & Clariſs. viri Domini Ioh. VVinckelmanni Theologiæ Doctoris & Præceptoris noſtri plurimum colendi præſidio inſtituere, atq; ita non ſolum ſeipſos, in agnoſcendis ſophiſticis Ieſuitarum argutijs exercere, ſed etiam pro bona fama & exiſtimatione aſſertorum veritatis dimicare & contrariam adverſus Ieſuitam diſputandi provinciam ſuſcipere. In hunc igitur diſputandi campum, cum Dei auxilio ante ſemeſtris anni ſpacium deſcenderimus, devenimus ad quæſtionem illam; An Pontifex Romanus ſit Antichriſtus, Ad cuius affirmativam ſententiam defendēdam cum me reſpondentium ordo provocaret, de patrono ſub cuius alis tutò deliteſcerem cogitandum putavi. Quia. v. quanto favore quantoq; ſtudio. T. Ampli. Theologiæ ſtudioſos complectatur & iuvet ſatis conſtat, in illius affectionis & benevolentiæ teſtimonium, gratitudinis monumentum, & obſervantiæ ſymbolum T. Ampli. haſce pagellas dedicare conſtitui, obnixè rogans, ut fronte ſerena eas, tanquam ex animo bono profectas, accipere non dedignetur. Quod ſupereſt Patrem D. noſtri I. C. oro ut T. A. vnà cum pia coniuge quam diutiſsimè incolumem conſervet, Amen. Marp: 99. 7. Iul.

T. A. reverenter colens
M. Conr: Bernh: Reſp: